Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26970
Copyright: Admont, Benediktinerstift



12

refectionis abscidit. Qui enim conculcanda in infimis
metuunt. a summis metuenda paciuntur. et cum trans
ire nolunt quod calcare poterant. iuditium de supernis ex
cipiunt. quod tolerare nequaquam possunt. In exp. B.
Iob lxxxiii. Dum de distinguendis rerum significatio
nibus tractat. Funes ceciderunt mihi in preclaris. et enim here
ditas mea preclara est mihi. Scriptura sacra aliquando di
mensionum sortes. aliquando peccata. aliquando autem fi
dem designare consueuit. nam propter hereditarias dimensionum
sortes dicuntur. Funes ceciderunt mihi in preclaris. et enim he
reditas mea preclara est mihi. Funes quippe in preclaris ca
dunt. dum per humilitatem uite. sortes nos patrie melio
ris excipiunt. Rursum quia fune peccata designantur.
per prophetam dicitur. Ve qui trahitis iniquitates in funicu
lis uanitatis. Iniquitas namque in funiculis uanitatis
trahitur. dum per augmentum culpa protelatur. Unde per
psalmistam dicitur. Funes peccatorum circumplexi sunt me. No. bn.
Quia enim funis ad tendendo torquetur ut crescat.
non in merito peccatum fune figuratur. quod per uso cor
de sepe dum defenditur multiplicatur. Rursum fune fides
exprimitur. salomone attestante qui ait. Funiculus tri
plex difficile rumpitur. quia uidelicet fides que de cog

Funes peccatorum circumplexi sunt me.